concede nob famulis
tuis: ut resurrectionis
gaudium consequamur.
Qui tecum. fer. iii.

Et audivi post
me vocē magnā
tanquam tube dicentis michi
Quod vides scribe in
libro et mitte septem
ecclesiis que sunt in asya.
R. Loquutus est ad me unus
ex septem angelis dicens
veni ostendam tibi novā
nuptam sponsam agni. Et
vidi ihrlm descendentē de
celo ornatam monilibus suis
alla. al. al. V. Ego diligentes
me diligo, et qui mane vigi
laverint ad me invenient
me. Et vidi ihrlm. iii.

Et conversus sum
ut viderē vocē
que loquebatur mecū

Et conversus vidi septē
candelabra aurea. Et in
in medio septem cande
labrorum aureorum similē
filio hominis vestitū
podere et precinctū ad ma
millas zona aurea. R.
Audivi vocem in celo angelorum
multorum dicentiū. Time
te dnm̄ et date claritatē illi
et adorate eum qui fecit celū
et terram mare et fontes aquarum
alla. al. V. Vidi angelum dei
volantē per medium celi voce
magna clamantē et dicentē
Capitulum I. iii. Et
autem eius et
capilli erant candidi
tanquam lana alba: et tanquam
nix: et oculi eius tanquam
flamma ignis et pedes
similes auricalco. R.
Decantabat populus israel alla.

Licenza: PUBLIC_DOMAIN – Zürich, Schweizerisches Nationalmuseum, LM 4624.2, f. 145v – Breviary of Jost von Silenen, <i>pars aestivalis</i> (http://www.e-codices.ch/it/snm/LM004624-2/145v)